

§ 26. V. XXXIIX. Cultum idololatricum membratim enarrat: וְלֵאלֹהֵי מַעֲזִים עַל-כֵּנוֹ יִכְבֵּר textū ita vertimus:

Graferus
Coccejus & c.
A. Bibelsche
Conferentie.
h. l. exerc.
sacr. l. 2 c. 8.
M. arca Nox
B. T. 2. S. T.
p. 821. Dö-
lingius p.
170.

Et Deum aliquem, in quo ceu fortalitia omne robur omnēq; potentia sua collocabit, in sede sua venerabitur. B. Lutherus & recentissime Belgæ retinent Ebraeum Μαύσσιμ, quod alii DEUM Fortitudinum ac summi roboris, à potentia; alii Basilicarum, arcium, ταμείων, à loco, interpretantur. Italica Deodati delle fortezze, S. Amama der sterckten. Calvinus Jovem Capitolinum, D. Heinsius & Marcus Marinus, Martem θεὸν Πόλεως, Urbis Romæ parentem intelligunt. D. D. Brochmandus & alii Deum tutelarem, DIVUM PETRUM, cui à robore nomen & qui in Basilica ipsi cognomine à Romanis solenni ἀποθεώσθη inter Divos dudum relatus adoratur. non malè Jachiades: אֲשֶׁר לְפִי רַעְתּוֹ נָתַן עִמּוֹ עָלָיו הָעֶזְרָה וְהוֹשִׁיבּוֹ עַל-כֵּנוֹ מַלְכוּתוֹ יִכְבֵּר: Eum qui, ex ipsius mente, potentiam illi dederit, & in solio regni sui collocaverit, colet. nisi quod suatim ad Salvatorem nostrum accommodat. Et hic est Jesus Nazarenus: וְהוּא יֵשׁוּעַ הַנַּצְרִי אֲשֶׁר יִכְבֵּר

קִסְטָאנְטִינִיּוֹס בְּבֵית תְּפִילָּה אֲיָעֶשֶׂה לוֹ לְכַבּוֹד וְלַתְּפִאָרֶת: quem colet Constantinus in Oratorio, quod exstrui cumbit ad gloriam & splendorem utriusq; Romæ: perinde ut Aben Esra. quæ τὸ φθληρρήματα non moramur, uti nec R. Salomonem, qui לֵאלֹהֵי הַכְּרוּבִים Deum Cherubim reddidit, quamvis dudum suboluerit Judæis mēdosum quidd tinnire, ac subæratum, legendumq; אֱלֹהֵי הַנַּצְרִים Deum Nazarenorum sive Christianorum. Mallem omninò emendare, אֱדִיפִיכֵם אֲדִיפִיכֵם adificiorum, eò quod sequenti versu hoc modò interpretetur. sed ἐπέχω.

v. Grafer.
p. 212.

§ 27. Ceterum על-כֵּנוֹ metaphoricè statum ac dignitatem denotare liquet è Genes. XL. 13. XLI. 13. ubi הַשִּׁיב עַל-כֵּנוֹ est pristino restituere officio ac dignitati. B. Lutero placuit significationem Θεάσεως propriam retinere, ut Aben Esra: מוֹשְׁבּוֹ עַל-כֵּנוֹ & Jachiada. v. 20 21. במקומו, Belgis: insyne stant plaetse. sensu eodem recidente. nempe, loco veri Dei robur ac potentiam sedis majestatisve sue venerabitur. כִּי יִחְנִיף אֶת הָאוֹמוֹת לְהִיּוֹתָם כְּבוֹשִׁים לוֹ: quandoquidem nequiter tractabit populos, ut ipsi sint subjecti, ex interpre.